



L. B. S. D.

GEORGIUS BEYER D.

Rancisci Hotomanni *Anti-Tribonia-*
num, libellum rarissimum & hisce
annis desideratissimum ac multoties
calamo descriptum ex Bibliotheca
meâ exhibeo, à multis mendis, quibus editio
Hamburgensis scatebat, vindicatum. Scriptus
est anno M D L X V I I. ex sententia Michaelis
Hospitalii, Gallia Cancellarii; verum operibus
Autoris, quæ Geneva 1599. tribus tomis prodie-
runt & à Leikhero in vitis decem J Ctorum
recitantur, non insertus, sed anno M D C I I I. Gal-
lico Idiomate primum editus, deinde latinus
Hamburgi 1647 typis mandatus. Evincit ibi, Le-
ges Romanas & præcipue volumina Justiniani
Imp. non magnum usum in Galliâ præbere, idque
subinde iis argumentis, quæ ad Germaniam quo-
que apprime quadrant. Interim animus erat,
brevibus scholiis inspersis succincte ostendere, ea-
dem fere omnia & imo plura de Germania dici pos-
se; Sed casus mutavit propositû: scil. incidi in ma-
no nostras delineatio Juris Romani & Ger-